Ilnicki Wislockiego Quietat.

70 Comparens personaliter coram officio et Actis praesentibus Castren. Capitan. Premisliensibus Generosus Archadius Ilnicki Hermanowicz sanus mente et corpore existens a Terris districtibus Iuribus Iurisdictionibusque suis quibusvis propriis et competentibus recedendo Praesenti vero Castrensi Capitanealis Premisliensis Iurisdictioni quoad actum praesentem attinet se cum successoribus ac bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando atque subiciendo palam libere publice ac per expressum recognovit Quia ipse Generosum Ioannem Wislocki et eius posteros de summa mille floren. polon. sibi recognoscenti per eundem Generosum Wislocki coram Actis officii praesentis modo simplicis debiti seu alio quovis inscripta et ad solvendum assecurata iam vero per se recognoscentem realiter levata et percepta Nec non de eadem ipsius inscriptione debitorea de praemissis suo in ter̄ hoc latius quietat emittit et liberum facit Inscriptionem eandem debitoream in toto et totaliter cassat et annihilat sibi et suis posteris ob plenariam et sufficientem summae praefatae persolutionem perpetuum imponendo silentium.

Hermanowski Nowosieleckim Coniugibus Roborat.

Comparens personaliter coram Officio Actisque praesen. Castren. Capitan. Premisliensibus Generosus Petrus Hermanowski de Grochowce sanus mente et corpore existens a Terris districtibus Iuribus Iurisdictionibusque suis quibusvis propriis et competentibus recedendo Praesenti vero Castrensi Capitaneali Premisliensi Iurisdictioni se cum successoribus ac bonis suis omnibus quo ad actum praesentem attinet totaliter et plenarie subiciendo atque incorporando palam libere publice ac per expressum recognovit Quia ipse se ac suos successores in et super bonis suis generaliter omnibus ac summis quibusvis pecuniariis habitis et habendis inscribit et obligat praesens scriptum certum manuale per se recognoscens in rem et manus Generosorum Nicolai Nowosielecki et Annae de Plesiewice coniugum Ratione certarum rerum et conditionum in eodem scripto contentarum de actu et data illius hic Premisliae die hodierna in actu contenta confectum datum manu sua recognoscentis subscriptum et sigillatum In omnibus et singulis eiusdem scripti

conditionibus

Conditionibus punctis clausulis articulis vadio ligamentis ac nexibus quibus uni-
versis firmiter tenere complere exequi ac inviolabiliter observare omnibusq et singu-
lis eiusdem scripti Conditionibus punctis clausulis articulis vadio ligamentis
ac nexibus quibus universis firmiter tenere complere exequi ac inviolabiliter observare
omnibusq et singulis eiusdem scripti contentis tam in toto quam in parte toties quo-
ties opus fuerit satisfacere scriptum praefatum ad inscriptionem praesentem Ro-
boratoriam et inscriptionem praesentem Roboratoriam ad praefatum scriptum vicissim
in toto referendo idq sub vadio mille florenorum polonicorum per eundem recognoscentem
Generosum Hermanowski suis illius posteris praefatis Generosis Kowalieckim
coniugibus suis eorum successoribus ob non completionem contentorum scripti
praefati omnium et singulorum toties quoties opus fuerit ad soluendum succum-
bendo Pro quo quidem vadio modo praemisso ad soluendum succumbendo ac re
aliqua principali ex contentis scripti praefati non completa complendo Citatus
existens memoratus Recognoscens Generosus Petrus Hermanowski vel ipsius
posteri Ad instantiam suprascriptorum Generosorum Michaelis et Annae Ko-
walieckich coniugum aut illorum successorum Ad officium praesens Castren-
Capitaneale Premisliense Extunc recessu suprascripto quo ad respondendum spectat
mediante semper in primo Citationis termino tanquam peremptorio stare in ipso
iure respondere vadium praefatum luere Inscriptioni huic satisfacere ac omne
iudicatum pati debebit et tenebitur seq ac suos successores ad eadem omnia in-
scribit et obligat. Illum terminum primum peremptorium et alios omnes exinde
consequentes Causae eiusdem terminos semper peremptorios vera infirmitate pro
maiori minorennitate successorum legatione intra vel extra Regnum servitio mi-
litari aeb munimenta ad Curiam vel aliis quibusuis dilationibus et legalibus
impedimentis non differendo ad quietationem ultra proximos terminos officii praefati Ca-
strensis Premisliensis dilationem sibi non recipiendo Nullasq motiones appellationes
et earum prosecutiones faciendo Ac praemissa omnia poenis simplicibus vel
triplicatis evasionibus suspensionibus fatalis iuris praescriptione Terrestri
bello Conuentionesq et aliis quibusuis iuris remediis et facti defensis non
subterfugiendo nec modo quouis evadendo Haec vera praesenti personali
recognitione ad praemissa omnia mediante.